

## Band IX., Nr. 3697, Seite 174-177

*Berthold von Gebzenstein, Provinzial Deutschordens, und das Haus zu Altshausen vergleichen sich mit dem Augsburger Kanoniker Ulrich von Schöneegg über das Patronat zu Jettenhausen.*

Konstanz, 1288. Januar 14.

In nomine domini. Amen. Nos frater Berchtoldus de Gebzenstain provincialis fratrum Theutonici ordinis sancte Marie Jherosolymitane et fratres eiusdem ordinis et precipue fratres domus in Alshusen ordinis predicti, que quidem domus immediate subesse dinoscitur regimini nostri provincialis predicti, subscriptorum notitiam cum salute. Ut ordinationes et amicabile compositiones facte consensu mutuo accedente sub stabilitate incommutabili perseverent, scripturaram indiciis tenaci et incommutabili debent memorie commendari. Noverint itaque universi tam posterius quam presentes, quod cum inter nos ex una et Ūlricum filium Ūlrici de Schōnecke<sup>1</sup> militis canonicum ecclesie Augustensis super iure presentandi ad ecclesiam Jetenhusen dyocesis Constantiensis, quod nobis competit et pertinere dinoscitur ad eandem tanquam veris patronis, et super presentatione de ipso facta ad ecclesiam memoratam per Wernherum de Radrai, qui sibi ius presentandi ad ipsam competere asserebat, ex parte altera questio verteretur, tandem idem Ūlricus recognoscens se fore presentatum a non patrono ad ecclesiam memoratam, ne contra conscientiam et contra iustitiam ingrederetur possessionem ecclesie predictae vel adipisceretur eandem, presentationi prefate et omni iuri, si quid sibi competiit vel competere potuit ex eadem, sponte et libere ac sollempniter renuntiavit transmissa eadem renuntiatione venerabili patri ac domino R[udolfo] dei gratia Constantiensi episcopo loci ordinario per litteras sigillo auctentico consignatas. Ceterum cum proventus ecclesie antedictae excepta prebenda vicarii perpetui nostris sint usibus ex indulgentia sedis apostolice deputati, nos volentes eidem Ūlrico liberalitalis nostre gratia subvenire scriptis presentibus per stipulationem sollempnem obligamus nos nostrumque ordinem, domum vel domos nostri ordinis, cui vel quibus proventus ecclesie predictae deputati fuerint et applicati, cunctos nostros quicumque pro tempore fuerint successores ad dandum assignandum et presentandum annis singulis duas partes omnium proventuum ecclesie predictae, prebenda vicarii dumtaxat excepta, Ūlrico de Schōnecke canonico Augustensi predicto vel suo certo nuntio in festo beati Nicolai pro tempore sue vite in aliquo istorum trium locorum, videlicet

<sup>1</sup>Oberschöneegg, MN, bzw. Unterschöneegg, Babenhausen, MN.

## II

Bûchorn, Lõwental et Radrai, ubi dictus Ûlricus maluerit, incomrautabiliter pro tempore sue vite, nisi idem Ûlricus religionem ingressus fuerit et professionem ibidem fecerit tacite vel expresse aut matrimonium contraierit vel militaverit vel laicus actu et habitu factus fuerit notorie et evidenter. Et quia due partes ipsorum proventuum ei debent in aliquo locorum predictorum sub certa mensura presentari, quantitate ipsarum duarum partium designata estimationi bonorum virorum ad hoc communiter assumptorum est commissum, ut iidem estiment in virtute sacramentorum super hoc prestandorum, ad quam quantitatem ipse due partes proventuum in frumento consistentes de anno in annum communiter extendere se possint et pro qua quantitate frumenti communiter possint locari conductoribus seu vendi ementibus singulis annis. Et est habenda in eadem estimatione et taxatione ratio et consideratio, quanto minoris quantitatis vendi possit frumentum seu locari, ut ab ementibus seu locantibus ducatur ad aliquem trium locorum premissorum, ubi maluerit Ûlricus predictus, et illa quantitas frumenti per estimationem dictorum bonorum virorum ut premissum est designata debet Ûlrico predicto per nos incommutabiliter vel suo certo nuntio in aliquo dictorum trium locorum ubi maluerit termino prefato assignari pro tempore sue vite, nisi in casibus predictis nominatim expressis ceciderit a receptione et perceptione proventuum iam dictorum. Inminentibus vero grandine, sterilitate magna, incendio vel rapina defalcatio quantitatis antedictae iuxta defectum, quem nos in parte tertia passi fuerimus, est facienda. Et si per dominum papam, quicumque pro tempore fuerit, aut per legatum ipsius vel per loci ordinarium decime collectae procuraciones seu exactiones alie imposite fuerint ecclesie in Jetenhusen prefate, id ad dampnum ipsius Ûlrici, quatenus ipsas duas partes contingere dinoscitur, redundabit. Alias vero duas partes proventuum consistentes in pecunia vel decima minuta exceptis vicarie proventibus presentare debemus similiter Ûlrico predicto in aliquo ipsorum trium locorum, ubi maluerit, vel suo nuntio certo termino predicto pro tempore sue vite, nisi in casibus predictis abdicaverit clericatum. Solutio vero bannalium ipsi Ûlrico de Schõnecke nullatenus imminet. Et ut premissa ac quodlibet premissorum per nos vel per nostros successores nullatenus violentur, adhibitis per nos in omnibus et singulis supradictis verborum ac gestuum sollempnitatibus debitis et consuetis renuntiamus circa predicta et quodlibet ex eisdem tam pro nobis quam pro nostris quicumque pro tempore fuerint successoribus ac pro nostro ordine et pro domibus nostri ordinis et specialiter pro domo nostra prefata in Alshusen nostri ordinis beneficio restitutionis in integrum litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis aut etiam impetrandis defensionem non adhibite sollempnitatis omnibus constitutionibus et statutis tam editis quam edendis omni auxilio consuetudinis generalis vel particularis exceptionibus doli et quod metus causa omni remedio legum et canonum et generaliter omni

### III

suffragio tam in genere quam in specie, quo mediante ea que supradicta sunt vel ipsorum quodcunque possent quovis ingenio violari. In evidentiam itaque et firmitatem perpetuam omnium et singulorum premissorum instrumentum presens conscribi fecimus et sigillorum venerabilis patris ac domini R[udolfi] dei gratia Constantienses episcopi, virorum nobilium R[udolfi] de Monte Forti et Hugonis de Werdenberch comitum nostrique provincialis et domorum in Maienowe et in Alshusen robore communivimus et procuravimus communi-  
<br> <br> Nos R[udolfus] dei gratia Constantiensis episcopus R[udolfus] et Hugo de Werdenberch comites ad petitionem prescriptorum provincialis et fratrum nec non Ūlrici de Sch[ö]necke canonici ecclesie Augustensis prelibati una cum appensione sigillorum provincialis et domorum prefatarum presentibus appendimus sigilla nostra in evidentiam et firmitatem incommutabilem premissorum.<br> <br> Datum et actum Constantie in domo fratrum ordinis Predicatorum, anno domini MCCLXXXVIII., XIX. kalendas Februarii presentibus nobilibus viris Ludewico de Honberch comite, Hainrico de G[ü]ttingen et viris discretis Symone plebano ecclesie sancti Stephani Constantiensis, magistro Ch[un]rado dicto Phefferhart canonico ecclesie sancti Johannis Constantiensis, Gunthalmo milite de Swarzenhorn et aliis quam pluribus fidedignis. Et quia nos provincialis fratrum Theutonici ordinis sancte Marie Jerosolymitane et fratres eiusdem ordinis et precipue fratres domus in Alshusen ordinis predicti nec non Ūlricus de Sch[ö]necke canonicus ecclesie Augustensis predictus copiam venerabilis patris R[udolfi] dei gratia Constantiensis episcopi in absentia constituti habere non potuimus, appensioni sui sigilli huic instrumento faciende renuntiavimus hincinde consensu mutuo accedente contenti sigillis nostris et aliis prelibatis. Datum et actum ut supra presentibus testibus prelibatis et aliis fidedignis.

—

Nach dem Original.<br> <br> An blauen und weißen Leinenfäden 3 Siegel: 1) des Grafen Rudolf von Montfort, rund, c. 67 mm., ein galoppierender Reiter mit Topfhelm, in der Rechten die Fahne, in der Linken den Schild mit der Kirchenfahne, unter dem Pferde ein laufender Bracke, im Siegelfeld ein spitzovaler Schild mit aufgerichtetem Löwen; Umschrift: + . S . RVDOLFI . COMITIS . MONTIS . FORTIS. 2) fehlt. 3) des Deutschordensprovinzials, rund, c. 36 mm., Christus am Kreuz mit Maria und Johannes d. E., darunter ein knieender Beter; Umschrift: + . S . COMENDATORIS . IN . ALSATIA . ET . BVRGVNDIA. Ganz wie das bei Codex Salemitanus, 2, Tfl. n. 142 abgebildete Siegel seines Nachfolgers. 4) des Deutschhauses Mainau, rund, c. 35 mm., ein Baum (Maie?), an der Spitze ein Deutschordenskreuz, in den Zweigen 2 Paradiesvögel; Umschrift: + . S . COMENDATORIS . DOMVS . In . MAIE<sup>n</sup>OWE.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

3/3435

**Regesten:**

Roth von Schreckenstein: Mainau, S. 328.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Konstanz

**Ortsindex:**

Altshausen Wohnplatz (18642) <br> Altshausen, RV <br> Augsburg, A <br> Friedrichshafen FN <br> Friedrichshafen Gemeinde (17846) <br> Gebsenstein Wüstung (23475) <br> Gebsenstein, Hilzingen, KN, W <br> Güttingen Wohnplatz (14554) <br> Güttingen, Radolfzell am Bodensee, KN <br> Hohenberg Wüstung (26307) <br> Hohenberg, Schömberg, BL, W <br> Insel Mainau Wohnplatz (14440) <br> Insel Mainau, Konstanz, KN <br> Jettenhausen Wohnplatz (17877) <br> Jettenhausen, Friedrichshafen, FN <br> Konstanz Wohnplatz (14442) <br> Konstanz, KN <br> Löwental Wohnplatz (17890) <br> Löwental, Friedrichshafen, FN <br> Montfort, Götzis, Vorarlberg, Österreich <br> Oberschöneegg, MN <br> Raderach Wohnplatz (17897) <br> Raderach, Friedrichshafen, FN <br> Schwarzenhorn, Satteins, Vorarlberg, Österreich, W <br> Unterschöneegg, Babenhausen, MN <br> Werdenberg, Kt. St. Gallen, Schweiz